



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XXVII. Qui ad Concilium sint conuocandi?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

II. Illius est indicere Concilia Generalia, qui possit omnes per orbem ex officio cogere: Ut Papa, non Imperator potest. Quia maior est orbis Christianus, quam Imperium, &c.

III. Illius est indicere Generalia, sine cuius Autoritate nequeunt celebrari: Atqui Apostolicus Canon est, in Niceno innovatus: *Soli Romanorum Episcopi est celebrare Concilia.* Vnde Concil. Calcedonense vetuit Dioscorum Alexand. fidei inter Episcopos; quod absque consensu Papae coegeret Concilium.

I. V. Sic Praxis obtinuit perpetua: Communisque Patrum est Consensus, ac etiam Imperatorum & Imperii.

IMPERATORES olim quædam indexerunt Concilia; sed non absque consensu Pontif. Romanorum. Ob causas.

1. Quia, teste *Isid. l. 1. Etym. c. 10.* primis trecentis annis, ob saeventes persecutiones, Christianis omnes conuentus erant interdicti: Vigentibus igitur diu postea legibus iisdem, Imperatores ipsi ad Concilia adiuabant:
2. Quia cum in urbe aliqua esset Concilium cogen-dum, Dominus autem orbis esset Imperator, ideo & huius consensus pro loco requirebatur, proque sumtibus vehiculorum. *Baron. tom. 3. anno 240.*
3. Quia idætatis Papæ nondum erant temporalium potentes; ut potestate ac licentia indigerint Imperatorum. Ex his patet Responsio ad documenta Lutherocalvinistarum. Liberius autem petit ab Imperatore fieri; non concessit cogi Concilium.

Conuocari quoque Concilia, minime est de absoluta necessitate unquam; sed ad suauorem regendi modum iuxta

ordinariam Dei prouidentiam. Nam causis cogendi Concilia generalia potest aliter confuli, ut sunt Hæresis, Schisma, Morum corruptio & Abusus.

SOLVNTVR facile ex his commenta Sestiorum.

QVÆSTIO XXVII.

Qui ad Concilium sunt conuocandi?

LUTHERO-CALVINISTÆ, ut Lutherus libr. de Concilio part. 2. Cœlus Molineus de Concil. Trid. non recipi. Magdeburg. Cent. 1. l. 2. c. 9. Ex omnibus hominum eruditos debere interpellare Iudices, & habere suffragium decimum.

2. Brentius in Confess. Wittenb. c. de Concil. Omnesque Confessionistæ & Calvinistæ aiunt, concilium constare solis veteri & electis; eò quod hi soli ad Ecclesiam pertineant.

3. Protestantes, libro, *Cur non venient ad Concil. Trid. causis adferunt,* 1. Quia Papa erat indicatum. 2. Quia non licet etiam laicos doctis suffragium habere decimum, sed solum Clericis.

SVENTISTIS. 1. In primo Concilio Act. 15. plieuit Apollonis & Senioribus, em omni Ecclesia. 2. Quia Concil. Generalia Ecclesiam representat; ergo omne genus fidelium ei interesset, licet, & debet. 3. Quia Communis causa communibus votis viribus agenda est; at talis est causa fidem Conciliis: ergo, &c.

AUTOR. Ius suffragii in Conciliis solum habent Prelati: Clerici aut laici docti ius verbi habent in discussione ac disputatione; at non in definitione. Principes faculares adiungunt ut protectores, aut vindicis malorum.

1. Quia definire in Conciliis credenda &



Q V E S T I O XXVIII.

Concilia an habeant formam Iudicij,
an Inquisitionis?

Nam
ia pote
ichisma,
is com-
II.
andi?
vt
2. Cate-
copia
ini gen-
ell., alle-
n deca-
t. de Ca-
Calmis-
verē pī
fiamper-
merine ad
Quia
n tecidū
e decisi-
Concilio
iu, em
Geneale
mne gr-
bet, i
e votum
fidū m
oncilliu
ur laici
one se
tatione:
teclo-
eden-
da &

da & agenda, est Pascere: at hoc est Pasto-
rum: Eph. 4. Posuit alios Pastores & Do-
tores. Ierem. 3. Dabo vobis Pastores se-
cundum cor meum, & pascent vos scientia &
doctrina. Porro tales sunt Episcopi. Act.
10. Attende vobis, & uniuerso gregi; in
quo vos Sp. Sanctus posuit Episcopos regere.
Eccl. siam Det, id est, docere pascua, quæ
bona, quæ mala.

2. Quin Melanchthon in Loci c. de
numero Sacramentorum, & Calvinus
Infl. 1. 4 c. 14. §. 20 Ordinationem Pasto-
rū qui dedicātur ad docendū, referunt in
ter Sacraenta Ecclesiae. Neque hoc Sa-
cram. esse volūt cōmune toti Ecclesiae,
sed solum ad id initiatis. Atqui Laici
non sunt ordinati Pastores: ergo docere
autoritate Concilii eorum non est.

3. Ita Sancti Patres, & Praxis con-
tinua.

4. Quia Ecclesiastica & publica ab
Ecclesiasticis & publicis tractanda sunt:
at tales sunt Episcopi, non è vulgo Cle-
ri & laici, &c.

R E S P O N S I O ad Rationes prædi-
tas patet ex dictis.

A D I. Eo in Concilio interfuerunt
Apostoli, ad Definiendum: Presbyteri,
ad consultandum; laici, ad audiendum.

A D II. Comitia generalia Princi-
pum totam Rempubl. repræsentat; ne-
que tamen quilibet interesse debent: Ita
nec Conciliis.

A D III. Causa fidicidat omnes per-
tinet; sed non eodem modo nam ad
Praelato, ut ad Doctores; ad cæteros, ut
ad discipulos: Ut vincere est exercitus;
ducere Ducum; militum pugnare. Vide
Bell. I. de Conc. c. 10.

L U T H E R U S in Assert. art. 29. CALVINUS
Insti. 4. c. 9. §. 8. Brentius in Confess.
virtembergica. Kemnitius in Exam. 4.
Sess. Cone. Trid. Concilium est Inquisitio so-
lum: Christus verò solus, eiusque Verbum
Scriptum, habet suffragium decisum: Se-
pēque vnum sequendum potius, pro quo sit
Scriptura, quam totum Concilium: Ideo
licet cuique examinare Concilia, & ea sequi,
aut relinquere. Ideo, ait Lutherus art. 115.
ex quingentis: Res insana est, Concilia statue-
re, quid credendum; cum sepēnullus ibi sit, qui
diuinum spiritum vel modicum olficerit. Ut
contigit in Niceno, ubi statuerant, ne status Ec-
clesiasticus sit in matrimonio. Ibi iam omnes
erant falsi. Unus procedit Paphnutius; refutat
hoc, quod non esset Christianum. Tunc oportuit
Concilium desistere.

A V T O R. Solum Iudices, non Con-
siliarii, sunt in Conciliis Episcopi. 1.
Sic Scriptura. Vide in Antichristo me op.
2. q. 9. 2. Sic Concilia statuant tum
facto ipso, quod anathema dicunt non
obtemperantibus: tum Scripto; nam ita
subscribunt: Ego N. definiens subscripsi:
Denique contradicentes pro hæreticis
sunt habiti: Disputare igitur est quidē
doctorum quorumcunque; at suffragari
& definire solum Episcoporum. Secta-
rii verò Hoc querunt, ne quæstiones fi-
niantur, durante circa Scripturam li-
tigio.

D I C O autem narrationem de Pa-
phnutio incertam esse; ut ignotam pri-
seis scriptoribus. 2. Dein; ille restitit
ante definitionem factam, non post: Nec
audiri debuit, iuxta Sectarios; quia Scri-
A a 3. ptu-

